



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

8. Cupressus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

Signum VIII. Prædestinationis.

277

Sim. 32. *alas elemosyna, Chrysostomo docente, non tamen pavonis instar, admiratores sibi deligit in terrâ, cum numeratorem habeat in calo, eâ suis aureis alis subvolat, & Christo se sistit, quem in mendico agnoscit. Elemosyna tam non cupit esse nota, ut si possit, etiam clam domino suo latere velit: nam homo verè misericors, non laborat ut à multis sciatur quantum dederit, modò sciat is unus, qui potest danti reddere. Ideo D. Cyprianus hunc benevolum in egenos animum, securitatis nostræ salutem vocat prædium, quo Deum debitorem constituimus, & Christum judicem demeremur.*

S. III.

In die-judicii de-misericordiâ dignum erit exami-
nari. *S* Vpremo fatalis judicii die, de misericordiâ rigi-
dum examen erit, & quæstio. Si quibus cor immi-
te, darum, immisericors fuit, terribile velut in tabellâ
decreum legent: *Ite maledicti in ignem ætornum.* At ii
quos jam ab æterno divina destinatio Angelorum so-
ciat adscripti, fidentius loqui poterunt cum judice; B
licebit illis dicere: Da, quia dedimus: da te, quia tuâ
causâ dedimus: miseri sumus aliorum, tu nostri mi-
serere: fecimus quod jussisti, redde quod promisisti. Non
erubescet hæc postulata judex, & debitorem se liben-
ter fatebitur. Cernent electi patulum in Christi latere
hiâque & roseum vulnus, inque eo velut gemmis scrip-
tum: *Venite benedicti, possidete regnum.* Impetrastis quid-
quid petitis. Agnosco promissionem meam, laudo mi-
sericordiam vestram, quæ jure sistere te præmio potest;
accipite præmium quod pretio æstimari non potest.
Quidquid ulli meorum fecistis, mihi factum est. Ves-
tra me commiseratio cibo potuque sapius refecit: ves-
tibus ego vestibus tegebam, ad vestras ego ades peregrini-
tus divertebam; vester in me amor, ipsos ad me car-
ceres penetravit; vestra misericordiâ vixi: *Venite bene-
dicti.* Fragment panis famelico dedistis? En, mensam pa-
ratissimam, venite ætornum epulaturi. Peregrinos te-
cto non exclusistis? Angelorum cives vos esse jubeo.
Seminudorum algentibus membris lanam injecistis?
adeste, immortalitatis purpura velandi: *Venite benedi-
cti.* O qua hæc rerum commutatio pro centonibus,
pro obolis, pro mensarum miculis, paludamentum
gloriæ, thesauros cæli, delicias non finientes recipere!
Eccle. 16. *Omnis misericordia facit locum unicuique secundum meritum
operum suorum, & secundum intellectum peregrinationis ipsius.*
Hæc, si quam vera, tam essent omnibus perfructua, ne-
mo foret, qui non tam vili vellet cælum emere. Veris-
simè dixit Augustinus: Si vñ mercator esse optimus, da quod
non potest retinere, ut recipias quod non poteris amittere; da mo-
dum ut recipias centuplum; da pauperi numum, ut à Christo
impetres regnum; da buccellam, ut obtineas peccatorum veniam;
da vñsem ut merearis gloriæ stolam; da vñta ut consequaris
æterna. Quæ autem subtilitas, inquit Chrysostomus, illic tua
relinquere unde exiturus es, & illuc non premittere, quo iturus
es? Illic ergo tua reponere ubi tuam habes patriam.

VIII. PRÆDESTINATIONIS

SIGNVM.

SIMBOLVM VIII.

Simbo-
lum VIII.
Vñs sui
alimatio.
C Vpressus. Hæc perpetui viroris & jucundi odo-
ris arbor putredinem in se non admittit, ab aliis
etiam, cadaverosum foetorem prohibet. Hæc non imme-
ritò *Vñs sui æstimatio* significatur, quæ latentem super-
bia vermiculum interficit, nec hominem ita corrup-
pi finit & putrefcere, ut sibi placeat. Mala certè sanies,
placere sibi ipsi. Odi superbos & arceo. Clamat David:
Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiam. Ra-
rum ajunt esse generosum pharmacum, cui non insit
veneni aliquid aut sacchari: nullum certè vitium est, in
quo non aliquid superbiæ. Percense omnia, & sic esse
Tom. I.

A deprehendes. *Initium omnis peccati est superbia, & qui te. Eccl. 10.*
merit cam, replebitur maledictione, & subvertet eum in finem. v. 15.
Superbia pessimi ingenii fomes, funestis ac multiplici-
bus vitiis in diversa prorumpit, odii, amorisque & super-
omnia invidia supplicii obnoxia. Nec alii magis anxii Superbus
aut perpetui motus sunt, quam hominum non tam est invi-
quærentium laudem, quam hanc sibi debere creden- dia suppli-
cium. Et contemni se facile suspicantur, & hanc alio- cius obno-
rum, ut putant, contumaciam, in se acerbissimis curis xius, &
vindictant. Jam sua vitia nesciunt, jam virtutes aliorum.
Sic inflatis & turgentibus, pietas, fides & quidquid in
hominibus sacrum, infra famam honorumque cupi-
ditatem jacet. Et ceterorum quidem vitiolorum mate-
ries sape vilissima, plerumque nobilissima est super-
bia, quæ quodvis præclarum facinus, eruditionem om-
nigenam & virtutem, omnem sanctitatem audet arro-
dere; prius ad instar vernium, qui non nisi opti-
ma pyra aut poma perrodunt: non est qui Diaboli mo-
res venustius exprimat superbo. Ille Altissimo par esse Diaboli
nitentur, iste non exequari vult aliis, sed præferri. Sed mores ve-
nusquam non resistit superbis Deus, ut miles stans in pin- nulle ex-
nis mœnium, quotquot ascendunt, romphæa detur- primit.
bat: quandoque tamen etiam vi nullâ superbus à Deo lac. 4. v. 6.
sternitur, perinde ac si regis olitor excrecentes in al-
tum herbulas ludentibus digitis attondeat. Saul humi-
lis in regem evectus, sublimis dejectus est. Sunt qui na-
tura cepas, sunt qui araneas aut feles horreant nativo
odio: hæc natura Dei est, superbos horrere & execrari.
Abominatio Domini est omnis arrogans: Immundus est apud Deum omnis qui exaltat cor suum. Sed veluti pestifera
lues, variâ corporis parte se prodir, sic superbia non unâ
moratur sede: quorundam occupat oculos, aliorum
linguam: horum manus invadit, plurimorum veste se
involvit: sunt quorum collari tam pacata sedet & im-
mobilis, ut illam nec centum concionatores loco mo-
veant. Sunt quos sui neglegentes, & juratos superbiæ ho-
stes diceret, nisi suas epulas, ædificia sua, liberos suos at-
que familiam, ipsam supellestem suam superbiæ do-
cerent, arcano magisterio. & variè superbiæ spiramus,
subtili prorsus ventulo; quandoque ipse nos deji-
cimus infra quamlibet vilitatem, rosas & multa loqui-
mur, aula byssina verba jactamus, omnium genibus
advolvimur, ut malè super alios offeramur; in alto jam
positi, nec superiorem ferimus, nec parem. Quid su-
perbis pulvis & cinis? levi te mors afflatu disperget.
Quid tibi places sustine? fœces hominibus, fœces An-
gelis, fœces Altissimo. Terram spiras (ô lutum prisca
Adam!) & Luciferi fœtorem spargis. Si tibi non odor
tantum cupressi, sed & altitudo placeat; age, ascende,
sed præter te solum, neminem despice. Hoc grande &
præclarum est, in alto non altum sapere; cum extolleris,
teiplum deprimere, & (quod prædestinatorum est pro-
prium) meritis cælum attingere, & opinione suâ circa
solum repere. Bernardus: *Semper, inquit, divina gratia
familiaris esse solet humilitas. Quæ est hæc tam sublimis humi-
litas, quæ cedere non novit honoribus, insolere gloriâ ne-
scit? non est magnum in abiectione esse humilem, magna &
rara virtus est, humilitas honorata. Auditis hæc reges, &
principes, rerum Domini? Audistisne ista vos viti tam
docti quam superbi, vos tam fastuosi quam humosi?*
rara virtus est, humilitas honorata. Veræ autem humili-
tatis hoc est proprium, ut quò quis, cælo teste, san-
ctior, eò se judice vilior censeatur. Abraham Deo com-
mendatissimus, nonne sibi cinis & pulvis: Petrus Ec-
clesiæ petra, nonne se palam & ex animo professus ho-
minem peccatorem? Paulus, vas electionis & Apostolo-
rum princeps, nonne sibi abortivum, & indignum vocari
Apostolus? Verè aliud exaltationis principium non est,
quàm humilitas, & vilissima sui æstimatio.

A a

S. I. Su-